

¶ Pars .i.v.

¶ Ca. .i.vi.

spēctantes decipiunt et prauitate dogmatis audientes seducūt et in demolliendam vineam domini sabaoth totis malignitatē sue fraudibus intendunt. Ceteri qui simpliciter errant cōrīgendi et erudiendi sunt. dummodo errozes suos p̄tinaciter nō defendunt.

¶ Epilogus predictōrum q̄ omnia in lege precepta sunt ratiōnabilia.

¶ Ca. .i.vi.

**R**euertamur autem ad id in quo eramus et dicamus: q̄ postq̄ iam claruit nihil esse in tota lege quod nō habeat causam rationabilem sue preceptionis vel p̄hibitionis aut enarrationis. Manifestum est nihil esse absurdum: nihil irrationabile in ea. et hoc in multis euidenter apparet: cum manifestam: vel honestatem contineant vel utilitatem et propter hoc in his non oportet aliquatenus laborare. ¶ **I**ncipiamus ergo in alijs causis et rationes preceptionum et prohibitionum iuxta literam aperire. Primum ergo de sacrificijs et altari. Deinde de circuncisione. Nec enim omnia ante legem Moysi obseruata sunt a patribus. Cayn enim de fructibus terre legitur obtulisse munera domino. Abel vero de primogenitis gregis Geneseos. iij. Similiter et Melchisedech panem et uinum Genes. xij. Abrahe uero circuncisio impolita est et iniuncta a domino deo toti generi eius Genes. xvij. p̄pter quod et tota gens sarracēorum circuncinditur. Hanc ergo traditionem ab Ysmabel filio Abrahe primum recepit gens arabum: qui proprie ysmabelite nominantur. Ysmabel enim gentis arabum institutor fuit: sicut narrat Iosephus in libro antiquitatu. Est ergo sacrificium oblatio que et sacra fit offerendo: et sacrat seu sanctificat offerentem: nisi hoc aut irreuerentia aut aliud peccatū offerentis impediāt. Et dixerunt aliqui quia sacrificiū non est nisi de animabus: et errauerunt in hoc: quia etiam de similia sacrificium est: sicut legitur Leuitici. ij. et etiam de aromatibus: sicut legitur Exodi. xxxv. Merito autem questio est: quare sacrificium sibi offerri uoluit deus: qua de causa placuerit ei moys animalium innocentium. Nihil enim suauitatis habet per se nidor cadauerum: nihil utilitatis carnificatio illa animalium: sed solum laborem horrorem et iniquationem offerentium. Preterea que iusticia est. Nec autem cum homines soli peccent pro peccatis eorum sola animalia et illa innocentissima moriantur. Iuxta illud: Quid merere boues. animal sine fraude uoliscq̄. ¶ **I**n quo respon dem? quia septem de causis ante legē et etiā sub lege sacrificia